Quelle: https://manuscripta.at/?ID=26083
Copyright: Admont, Benediktinerstift



putabat se stare sup fluuiu. de quo
ascendebant. vii. boues crasse obesis
carnib. i. plenis. q. obesu educatis. et p.
alie. vii. emergebant de flumine. summa
confecte macie. et deuorabant priores. ex
pergefactus pharao. rursu obdormiuit.
et uidit aliud sompniu. Septem spice
plene. pullulabant in culmi-
ne uno. alieq. totidem iuxta oriebant
tenues et percusse uredine. et deuorabant
priores. Territus pharao conuocauit coniec-
tores et sapientes egypti. nec erat qui inter-
pretaret. Et recordatus est pincerna ioseph.
et eius suggestione ad regis imperiu eductu
de carcere ioseph. totonderet. Vincti. ii.
et exules incrementa criniu paciunt. et
ueste mutata oblatus est regi. rex app-
hensa manu eius dextera. ait. Vidi sompnia
nec timeas disserere quicquid sit. Narrauitq.
quid uiderat. et ait ioseph. Somniu regis
unu est. i. unius significationis. que facturus
ostendit pharaoni deus. Ecce. vii. anni
uenient. et fertilitatis magne in uni-
uersa terra egipti. quos sequentur alii. vii. tan-
te sterilitatis. ut obliuioni detur cuncta
retro habundantia. Adidem sane spec-
tant boues. agricole. et spice. et sompnii re-
peticio firmitatis est indiciu. quod autem iuxta
fluuiu uidisti hoc. cum fertilitatis maxi-
me. ex flumine orietur. Hoc ergo prouideat
rex uiru qui quinta parte frugu per. vii.
annos fertilitatis congreget in horrea
regis. ut seruetur ad usus futura parata
fame. Pharao utriusq. miratur in ioseph.
somniu discretione. et dispensatione
consilii. dispensatione huius rei. et misit
ei dicens. quod spiritus dei plenus esset. Ecce ter-
iam insinuatur est spiritus dei. Primo ibi. spiritus
dei ferebatur super aquas. secundo ibi. non perma-
nebit spiritus meus in hominibus istis. tercio hic.
Tulit ergo pharao anulu de manu sua

et dedit in manu eius. et collo torque
aurea circumposuit. et fecit eum secundum
in regno. Ascenditq. curru regis io-
seph. clamante preconem. ut omnes coram
eo genua flecterent. sic coram rege.
Hebrei tamen tradunt preconem non clamasse
ad geniculationem. sed abrehc. quod sonat
pater tenerrimus. abba. ii. pater. rech. deli-
catus. vel tenerrimus. quasi. et si etate tener.
tamen sapientia pater. Et ait rex ad ioseph.
Ego sum pharao. iuramentum. et est sensus.
Sicut me uerum est esse pharaonem. sic uerum
est quod dicam. absque tuo imperio. non mouebit
quispiam manu aut pedem in egipto. i.
non egredietur quispiam hinc sine nutu tuo.
neque publicis fungetur officiis. Et
uocauit eum lingua egiptiaca. phane.
i. saluatorem mundi. quod grece pontifa-
nec dicitur. hebraice tamen sonat. absconditorum
inuentorem. et dedit ei asenech filiam pu-
tifar domini sui. uirginem. xxx. annorum erat
ioseph. quando stetit coram pharaone. natique
sunt ei duo filii. priusquam ueniret fames.
Vocauitq. filium primogenitum manasses
quod est obliuio. dicens. obliuisci me fecit
deus laborum meorum. et domus patris mei. Secundum
uocauit effraim. quod est fructificatio di-
cens. crescere me fecit deus in terra paup-
tatis mee. De ingressu fratrum ioseph in
egyptum sine beniamin.

Ioseph collegit granum. vii. annis. quibus
transactis. uenerunt anni inopie. et
clamauit populus ad pharaonem alimenta
petens. Quibus ille respondit. Ite ad io-
seph. Aperuitq. ioseph horrea et uendi-
dit egiptiis. alie et prouincie uenientes
in egiptum. ut emerent escas. pecunia uero
tradebatur arcariis regis. Audiens
autem iacob quod esce uenderentur in egipto.
misit illic decem filios suos. beniamin
domi retento. Qui ingressi terram egip